


Joachim Stockmann

**Programma, Quo Rector Universitatis Rostochiensis Joachimus Stockman, Med. D. & Profess. Quas ... Dn. Nicolao Theophilo, Pastori quondam in Zetemin fidelissimo, Amici ... paratas cupiunt. Omnes Universitatis Cives sedulo invitat**

Rostochii: Kilius, 1644

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777420139>


Druck Freier  Zugang




**Stockmann, J.**

in Nic. Theophilum

**Rostock 1644.**







PROGRAMMA,  
*Quo*  
RECTOR  
Universitatis Rostochiensis  
JOACHIMUS  
STOCKMAN,  
Med. D. & Profefs.

Quas  
*Viro Reverendo & Doctissimo*  
DN. NICOLAO  
THEOPHILO,  
Pastori quondam in Zetemin fidelissimo,  
Amici

*In Templo D Joannis, hodie circa primam  
horam paratas cupiunt.*



**Omnes** Universitatis Cives sedulo  
invitat.



ROSTOCHII,  
*Typis NICOLAI KILII, Academiae Typographi.*  
ANNO M. DC. XLIV.



Explorandam hominis conditionem, cū illud incomparabile patientiæ Exemplar Job, ad accuratorem iudicij lancem examinasset, in hæc verba mœrore plenus prorupit c. 14. *Homo natus de muliere brevi vivens tempore & c. qui quasi flos egreditur & conteritur & fugit velut umbra.* Quid juvat tot seculorum experimenta in medium proferre? quid prodest innumera humanæ imbecillitatis Exempla adducere? sufficiat hodiernum, quod dū oculis nostris Decretum immutabile Dei objecit, vera Divum dixisse Jobum, fatebimur, jureq; exclamabimus vel cum ipso Lucretio dicentes.

*O miseræ hominum mentes, o pectora cæca!  
Qualibus in tenebris vitæ, quantisque periculis  
Degitur hoc ævi quodcumque est!*

At quodnam illud sit humanæ miseriæ specimen nobis divinitus porrectum scire desideras? Est REVERENDUS, DOCTISSIMUS VIR, DN. NICOLAUS THEOPHILUS Pastor quondam Ecclesiæ quæ in *Zetemin* colligitur, meritis-  
simus. Qui velut flos exortus erat Anno 1587. in hac Urbe, sicut in Rosarum horto; & quidem honestissimis ac integerrimis parentibus. Patre nempè NICOLAO THEOPHILO Cive Rostochiense

chiense: matre ANNA Krögers / matronâ virtutibus fœmineum sexum decentibus ornatissimâ. Floruit velut flos in hujus Urbis Scholâ quam olim frequentavit, pietate ac modestiâ: floruit in peregrinis locis quæ visitavit, honestis Musarum exercitijs, floruit in Argentoratensi Academia apud Excellenrissimum Virum DN. Doctorem Leitenberg, diligenti liberorum ejus informatione ac omnibus Studiosam Juventutem ornantibus virtutibus. Quarum odor fragrantissimus dum Ecclesiam Zetemiensem recrearet, vocatus fuit ad fidele ejus ministerium Anno 1614. in eôq; vitam piam ac religiosam transigens, bonum semper, ut Verbi divini ministris ac prædicatoribus competit, exemplum animabus suæ curæ commissis exhibuit. Eodem anno, duxit in uxorem DOROTHEAM Schirfentz / Pastoris Petzkofiensis filiam, cum quâ jucunde quidem in amore conjugali usq; ad annum 1639. vixit; sed absquè prole, quam quod eis deneget Supremus Arbiter, quibus eam minime profuturam novit, summi beneficij loco reponendum esse censeo; ac tandem illam in lugubri exiliô hic Rostochii ante annos quatuor amissam; vel satius ex hoc lugenti campo ad sempiternam felicitatem translata esse conspexit. Incœpit velut flos *vespere decidere* ut cum Psalte  
Psal. 89.



Pfal. 89. loquar, dum Varias ærumnas ac persecutiones :  
turbulentissimis hisce temporibus subire, afflictissimum  
septem annorum exilium tolerare, extremam inopiam,  
tum liberos informans ( O desendam servorum Dei for-  
tem! ) tum quædam alijs describens ob vitæ sustenta-  
tionem, perpeti coactus fuit. Ad extremum, velut  
flos, *induruit & exaruit* communi omnium hominum  
more, dum ante semiannum morbo correptus, tandem in  
initio hujus Anni 1644. 5. die hujus Februarij, horâ 12.  
inter illa sæpius repetita devotissimè verba O D E U S.  
& *Cupio dissolvi & esse cum Christo. Quid est diu vivere nisi  
diu torqueri?* Item. *In te Domine speravi &c.* ex horto vi-  
ventium evulsus est, & quoad nobilissimam sui partem  
in Cœleste viridarium transplantatus. Cujus exuviæ,  
cum hodie sepulchro in templo Joannis recondi de-  
beant; Vos Cives Academiae officiose ac peramanter  
invito, ut eas frequenti ac honesto numero comitemi-  
ni. Exhibete hoc extremum favoris officium manibus  
Viri Reverendi; cohonestate multitudine funus Pa-  
storis pauperuli; efficientes pro vestrà religione ac  
virtute, nè in exequiis egeni sed piissimi hujus Ecclesiæ  
Ministri, illud proverbium verificetur.

*Cum moritur dives concurrunt undiq; cives,*

*Cum moritur pauper, vix advenit unus & alter.*

P. P. Rostochij sub sigillo Universitatis die 6. Februarij  
Anno M. DC. XLIV.

Convenient Cives Academiae in tem-  
plo Mariano horâ mediâ primâ.











chiense: matre ANNA Rost  
tutibus fœmineum sexum de  
mâ. Floruit velut flos in h  
quam olim frequentavit, pieta  
ruit in peregrinis locis quæ  
Musarum exercitijs, floruit  
Academia apud Excellentissi  
Doctorem Leitenberg, dili  
ejus informatione ac om  
Juventutem ornantibus virtu  
odor fragrantissimus dum E  
nensem recrearet, vocatus fui  
nisterium Anno 1614. in eôq;  
ligiosam transigens, bonum se  
vini ministris ac prædicatorib  
plum animabus suæ curæ co  
Eodem anno, duxit in uxorem  
Schirfentz/Pastoris Petzkosien  
jucunde quidem in amore  
annum 1639. vixit; sed absq;  
quod eis deneget Supremus A  
minime profuturam novit, sur  
reponendum esse censeo; ac t  
gubri exiliô hic Rostochii an  
amissam; vel satius ex hoc luge  
piternam felicitatem translata  
Incœpit velut flos *vespere dec*



ronâ vir  
ornatissi  
s Scholâ  
estia: flo  
honestis  
horatensi  
um DN.  
erorum.  
diosam  
Quarum  
Zetemi  
ejus mi  
m ac re  
Verbi di  
it, exem  
xhibuit.  
THEAM  
cum quâ  
usq; ad  
quam  
bus eam  
icij loco  
am in lu  
quatuor  
ad sem  
spexit.  
m Psalte  
Psal. 89.